Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ingrediebar Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus:
et non est sanitas in carne mea Afflictus sum et hu
miliatus sum nimis rugiebam a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus
a te non est absconditus Cor meum conturbatum est dere
liquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum et ipsum
non est mecum Amici mei et proximi mei
adversum me appropinquaverunt et steterunt Et qui
iuxta me erant de longe steterunt: et vim faci
ebant qui querebant animam meam Et qui inqui
rebant mala mihi locuti sunt vanitates: et dolos tota
die meditabantur Ego autem tamquam surdus non au
diebam: et sicut mutus non aperiens os suum Et
factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo
redargutiones Quoniam in te domine speravi: tu exaudies me
domine deus meus Quia dixi ne quando super gaudeant mihi inimici
mei: et dum commoventur pedes mei super me magnificati
sunt Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in
aspectu meo semper Quoniam iniquitatem meam annuntiabo:
et cogitabo pro peccato meo Inimici autem mei vivunt: et con
firmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt
me inique Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant
mihi: quoniam sequebar bonitatem Non derelinquas
me domine deus meus: ne discesseris a me Intende in ad
iutorium meum: domine deus salutis mea. V. Repe
lle domino iniquos tuos. V. Domine in celo misericordia tua. Benedicamus
Pius misereatur nostri et benedicat nos Illuminet vultum suum
super nos et misereatur nostri Benedicat nos deus deus noster et benedicat nos
Secundum magnam misericordiam tuam domine miserere mei Miserere
mei Intelligite clamorem meum domine Exaudi orationem meam Ad
te deus meus de te diluculo vigilo Quoniam Consilium est
tuum domine et consolatus es me. Po est confusio A Inexcelsis